et ceciderunt de ipsis duo milia Et magnificatus est iudas
in israel qui cum ipsis habebantur quia preceperunt iosepho
et azarie ne egrederentur Et vastavit iudas ydume
os et philistiim et pertransiens samariam declinavit in a
zotum et combussit aras et deos eorum et cum spoliis re
diit in iudeam.

Cum hec fierent in iudea perambulabat antyochus su
periores regiones Et audivit esse civitatem elymai
dem in perside opulentam et templum in ea locuples in quo
erant velamina aurea et lorice et scuta que reliquerat alexander
et querebat predari eam sed non potuit Nam elymaide
fugavit eum ignominiose et nunciatum est ei in via quo
modo fracti erant principes eius in iudea et versus in fu
rorem iussit agitari currum suum in continuatione
super minans venturum se ierosolimam et facere
eam polyandrum iudeorum Et statim apprehendit eum
amarus dolor interiorum et contigit illum im
petu euntem de curru cadere et collisus est
Et manifestavit deus in eo virtutem suam
ut qui sibi videbatur etiam fluctibus maris
imperare et montium altitudinem in statera
appendere in gestatorio portaretur Et ebul
lierunt vermes de carnibus eius et viven
tes effluebant et fetore illius gravabatur
exercitus Cumque nec ipse fetorem suum ferre posset
ductus est ad cognitionem sui venire et ait Iustum est
mortalem esse subditum deo Et vovebat se liberaturum iu
deos et pares atheniensibus facturum Pollicebatur quod se
futurum iudeum et in omni loco predicaturum dei potestatem
Et desperans scripsit omnia hec ad iudeos orans ut fideliter ad
hererent antyocho filio suo eius Cumque profiteretur se
pati hec propter templi violationem miratus est iosephus pro
bum virum lonum dixisse ideo perisse antyochum quia voluit
templum dyane in perside devastare Nam qui nullatenus
egit peccatum sed tamen cogitavit nullo reatu tenetur Hic
patet secundum opinionem iosephi quia lex cohibebat manum
et non animum Tunc vocavit antyochus philippum collactene
um suum et constituit eum tutorem regni dans ei dy
adema stolam et anulum ut ferret ea ad antyochum
filium suum et poneret eum super solium regni Et mor
tuus est antyochus peregre in montibus et miserabiliter
Quod cum accepisset lysias constituit antyochum quem
nutrierat regem et vocavit eum eupatorem

Tunc cogitavit iudas ut obsideret eos qui e
rant in arce presidii et fecit balistas et ma
chinas et confortavit aggerem Tunc egressi
sunt quidam de obsessis et adiunxerunt se eis aliqui
de impiis israel et venerunt ad regem et dixerunt Quousque
non iudicas nos qui decrevimus servire patri tuo et tibi

Polyandrum dicitur a polis quod est multum et andros quod est vir multorum polyandrum id est receptaculum cadaverum

Ascende et libera obsessos tuos et redde nobis heredi
tates nostras Et iratus rex vehementer collegit exercitum
sed et de regnis aliis venerunt ad eum conducticii et erant
centum milia peditum et viginti milia peditum et elephan
ti triginta duo Et applicuit ad bethsuram ut expugnaret
eam Et recessit iudas ab arce et admovit castra contra
castra regis Et ordinavit rex diluculo exercitum et osten
derunt elephantis sanguinem uve et mori ad acuendum
eos in prelium Et diviserunt singulis elephantis ad custodi
am mille pedites loricatos et equites quingentos et turres
lignee erant super singulos et in turre triginta duo viri
desuper pugnantes et indus magister bestie Et distenta
est pars exercitus regis super montes alii per loca huma
humilia Et resplenduit sol in clipeos aureos et resplen
duerunt montes Et appropinquavit iudas in prelium cum
suis et ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri Et vidit
eleazarus frater iude unam de bestiis ceteris eminentiorem
et arbitratus regem esse in ea cucurrit per hostes et subiit
elephantum et effodit eum in umbilico et cadens ele
phans oppressit eum Tunc diverterunt iudei a prelio et
ascendit rex post eos Et capta bethsura positis ibi custodi
bus in ea obsedit ierusalem et statuit illic balistas et ma
chinas et ignis iacula et scorpios ad mittendas sagit
tas et fundibulas Esce autem non erant in urbe eo quod
septimus annus esset et egressi sunt plures Tunc
audivit lysias quod philippus redierat et querebat
suscipere regni negotia Et suggessit regi dicens De
ficimus cotidie et esca nobis modica est et munitus
est locus quem obsidemus et incumbit nobis ordinare
de regno Demus ergo dextras hominibus istis statuen
tes ut ambulent in legibus suis et servierunt nobis
Et sub pace intravit rex et princeps eius Et intravit
montem syon et videns munitionem loci rupit iusiu
randum et destruxit murum in gyro Et reversus an
tyochiam invenit philippum dominantem in ea et vi
occupavit civitatem

Eo tempore exiit demetrius seleuci filius ab urbe
roma et ascendit in civitates maritimas et reg
navit ibi Hunc dum adhuc puer esset patruus eius an
tyochus epyphanes privaverat regno et descendit ro
mam in accusationem patrui Audiens vero patruum
defunctum rediit et plures receperunt eum Sed et
exercitus ligavit antiochum et lysiam ut traheret
eos ad eum Quod cum accepisset ait Nolite michi ostendere
faciem eorum Et occidit eos exercitus Et sedit demetri
us super solium patris sui Tunc venerunt ad regem impii
ex israel et alchimus aaronita dux eorum qui volebat
fieri sacerdos et accusaverunt iudam dicentes Perdidit
iudas omnes amicos tuos et nos dispersit de terra no

ira. Nunc ergo virum cui credis qui videat exterminium
et vindicet. Et constituit rex Alchimum principem sacer-
dotum et misit cum exercitu Bachidem in Iudea. Et mi-
sit nuntios ad Iudam et fratres eius in dolo loquentes de
pace. Et non attendit Iudas sermonibus eorum. Multi
vero de populo crediderunt ei dicentes: Homo sacerdos de semi-
ne Aaron venit, non decipiet nos. Et egressi sunt ad
Bachidem et cecidit ex eis sexaginta viros in v-
na die secundum illum: Sanguinem servorum tuorum effuderunt
in circuitu Ierusalem et non erat qui sepeliret. Multi
fugerunt ab eo dicentes: Non est in illis veritas et iudicium.
Tunc recessit Bachides a Ierusalem et applicuit in Bethzetha
et multos ex eis qui a se refugerant occidit et proiecit in
puteum. Et commisit regionem Alchimo relinquens
ei adiutores, et ipse reversus est in Antiochiam ad regem.
Tunc Alchimus seducebat omnes viros et ad libitum ei
loquens subito manu valida tumultuarum [illegible]
septus est et fecit mala in Israel plus quam gentes.
Quod attendens Iudas cessavit ire in regiones et
fecit vindictam in viros desertores. Videns autem Al-
chimus quod non posset Iudam sustinere, rediit ad regem
accusans Iudam in multis. Et misit rex Nichanorem
qui cum eo fuerat Rome in Iudeam, mandans ei evertere
populum. Et venit Nichanor in Ierusalem cum exercitu et
locutus est ad Iudam in dolo verbis pacificis et saluta-
verunt se invicem. Sed cum Iudas intellexisset in-
sidias exiliit et refugit ad suos. Postea congressi sunt
iuxta Capharsalama et victus Iudas fugit in civi-
tatem David. Et egressi sunt sacerdotes ad Nichanorem
supplicantes et ostendentes holocausta que offere-
bant pro rege. Et irridens sprevit eos et agonem
manuum capiti iuravit: Nisi traditus fuerit mihi Iu-
das, cum rediero succendam templum istum. Et reces-
sit Nichanor a Ierusalem et venit in Bethoron et susce-
pit exercitum Syrie obviam. Et exivit Iudas
cum tribus milibus post eum. Et commiserunt pre-
lium tertiadecima die mensis Adar, et contrita sunt ca-
stra Nychanoris et cecidit ipse primus et fugit ex-
ercitus eius armis proiectis. Et egressi de castellis
Iudee in circuitu [illegible] persecuti sunt eos usque ad unum.
Et caput Nichanoris amputantes et dexteram
quam superbe extenderat suspenderunt eam con-
tra Ierusalem, et linguam eius minutatim avibus
dederunt ad comedendum. Et statuerunt
diem illam sollempnem omnibus annis. Et siluit
terra Iuda a paucis diebus paucos.

Tunc audivit Iudas nomen Ro-
manorum et virtutes eorum quas fecerant mor-
te et quos volebant ut pugnabant regno ut ex-

altabant et quod cum amicis optime conservabant
amicitias, et in omnibus istis nemo portabat diadema
dema, sed fecerant curiam et trecenti et viginti con-
silium agentes. Et misit Romam Eupolemum filium
Iohannis et Iasonem filium Eleazari. Qui intrantes cu-
riam dixerunt: Iudas Machabeus et fratres eius et populus
Iudeorum miserunt nos ad vos statuere vobiscum soci-
etatem et ut auferatis iugum Grecorum ab eis. Placu-
it ergo sermo Romanis et scripserunt federis formam
et rescriptum in tabulis eneis miserunt in Ierusalem ut esset
ibi memoriale in hunc modum: Bene sit Romanis et gen-
ti Iudeorum in mari et in terra et pax in eternum. Quod si
instituerit bellum Romanis, auxilium feret gens Iudeorum
non accipiens stipendia a Romanis. Id ipsum facient Roma-
ni Iudeis. Tunc scripserunt Romani ad Demetrium: Qua-
re gravasti iugum tuum super amicos nostros et socios Iude-
os? Si ergo iterum adierint nos adversum te, faciemus illis
iudicium et pugnabimus tecum terra marique.

Interea cum audisset Demetrius quia cecidit
Nichanor cum suis, misit rursum in Iudeam Ba-
chidem et Alchimum et dextrum cornu cum illis. Et
applicuerunt exercitum ad Ierusalem et surgentes abierunt
in Bethzetha et Iudas posuit castra in Laysa cum tribus
milibus electorum. Qui videntes multitudinem hostium
timuerunt valde et subtraxerunt se a castris nec reman-
serunt cum Iuda nisi octingenti viri. Sed et Iudas corde
dissolutus est. Nam bellum urgebat eum nec habe-
bat tempus congregandi. Et lenti sunt ad eum qui
residui erant: Non possumus ad eos, sed liberemus ani-
mas nostras modo et revertamur ad fratres nostros et tunc expug-
nabimus adversus eos. Qui respondit: Absit istam rem face-
re ut fugiamus ab eis, et super inducamus opprobrium
glorie nostre, sed moriamur in virtute propter fratres nostros. Et e-
gressi sunt cum hostibus et expugnabant cornu dex-
trum. Qui autem in sinistro cornu erant venerunt eis
a tergo. Et ingravatum est prelium et cecidit Iudas et
ceteri fugerunt. Symon autem et Ionathas fratres eius
redimentes corpus eius ab hostibus tulerunt illud in
Modin et sepelierunt illud in sepulchro patrum suorum.
Et planxit eum populus Israel planctu magno. Et emerse-
runt iniqui in Israel et facta est fames magna. Et
tradidit se Bachidi omnis regio et elegit Bachides im-
pios viros et constituit eos dominos regionis qui per-
sequebantur amicos Iude. Et congregati sunt ami-
ci Iude eligentes Ionathan in ducem sibi.

Et surrexit Ionathas loco Iude fratris sui. Et
querebat Bachides eum occidere. Tunc
Ionathas cum suis fugit in desertum Thecue et misit
fratrem suum Iohannem ad Nabutheos amicos suos ut

Jordebooken Aff Kymmene
Gårds Lähnn, Item mantals, Tiende,
Dagöres, Renoveringos oc quietentie Copie
Längdh pro anno C 1585

Xpi enim generatio sic erat. Prima quidem conditio hominis
de terra. secunda de latere viri. tercia ex viro et femina. quar
ta sic erat. ut sine viro nasceretur homo de femina. Viii et ap
propinquata circumcisione pro nomine xpi filius hominis dictus
est. Prima et secunda generatio ruerunt. in tercia de ruina generatio
nunc surgit. quarta de ruina suscitamur. Octavo die circum
ciderunt puerum et declarant nomen eius esse ihesum. quod inter
positum erat ab angelo priusquam conciperetur. Dicitur quia
karolo magno preputium domini delatum est ab angelo in tem
plo domini et translatum est ab eo aquisgrani. et post a karolo
calvo positum in ecclesia salvatoris apud carrosium.

[C]um tredecima die ecce magi venerunt
ab oriente ierosolimam dicentes. Ubi
est qui natus est rex iudeorum. Vidimus enim stellam eius
in oriente. et venimus adorare eum. Successores isti fue
runt cuiusdam balaam. qui stellam eius nascituro nove
runt et a magnitudine sciencie magi nuncupati. Nos
enim greci philosophos perse magos appellant. Venerunt
autem a finibus persarum et chaldeorum. ubi flumius est saba.
a quo et saba dicitur regio. Quidam tamen non eos magos pu
tant prius dictos. sed postquam dolum herodis per aliam vi
am revertentes fefellerunt. Crisostomus dicit stel
lam multo ante tempore [illegible]
[illegible]
[illegible] super dromedarios
[illegible] Audi
[illegible] est. et omnis ierosolima cum illo. Timuit rex ne quis de semine hyr
cani vel aristobuli regnaturus esset regnaturus se timuit
alienigena depulso. Turbatur autem civitas novi
regis metu periculum. Cumque diligenter didicisset rex
tempus stelle a magis ut per eum natalem pueri cognos
ceret. A sacerdotibus et scribis sciscitabatur ubi xpistus nas
ceretur. qui iuxta micheam. in bethleem eufrata nas
citurum dixerunt. Bethleem prius dicta est effrata ab
uxore caleph. que ibi sepulta est. quam quidam suspica
bantur filiam hiiiese fuisse uxorem et marie sororis mo
ysi. [illegible] famosam sterilitatem pro qua e
limelech cum domo sua abiit ad moabitas. tunc red
dita fertilitate et moredibilis ubertas dicta est beth
leem. que sonat domus panis. Precepit autem rex ma
gis ut diligenter puerum sibi indicarent ut veniens
eum adoraret. Iam enim animum direxerat ad per
dendum puerum. Qui egredientes de ierusalem. stel
la autem [illegible] antecedebat usque dum veniens staret supra locum
ubi erat puer. [illegible] fulgentius stellam tunc cre
atam notabilem et discretam ab aliis et in splendore.
[illegible]
[illegible] erat. nec in ethero cir

cum planetis sed medias aere tenebat vias et in motu.
quia prius immobiles super iudeam magis signum dedit
veniendi in iudeam qui ex deliberatione sua ierusalem
tamquam caput iudee adierunt. Quibus egressis tunc primo
motu notabili precessit eos: que pacto officio mox esse de
siit revertens in precedentem materiam unde sumpta fuerat.
Tamen quidam tradunt stellam nobilissimam quod in prime
ava bethleemitarum ceciderit. et post in diebus paule
et eustochie quasdam virgines deo dicatas eam intra
cisternam vidisse. Quod quia fabulosum estimaverunt
[illegible] cum quibus monasticam ducebant vitam. eas
a communione ecclesie separavit.
[I]ngressi vero magi domum. quam lucas diversorium no
minat obtulerunt puero singuli aurum thus et mir
ram secundum consuetam caldeis oblationem significan
tes eum regem deum esse sed mortalem. Nomina e
nim trium magorum hec sunt. Hebraice. apellius
[illegible] damascus Grece galgalath. magalath
sarathim latine baltasar. mirram. caspar. iaspis. mel
chior aurum. Qui cum deliberassent de reditu. respon
sum est eis in sompnis ne redirent ad herodem. Et
venientes tharsum cilicie conducto navigio redie
runt in regionem suam.
[E]t postquam impleti sunt dies purgationis ma
rie tulerunt puerum ihesum in ierusalem ut sisterent eum
domino id est offerendo presentarent Et redimit hostias pro
eo par turturum et duos pullos columbarum. Insuper re
demerunt eum quinque siclis argenteis. Et erat
in ierusalem symeon senex qui acceperat a spiritu sancto non visu
rum se mortem nisi prius videret xpistum domini. Et tunc
eodem spiritu venit in templum. et accipiens puerum
in manibus in ulnas suas sciens eum xpistum ait. Nunc
dimittis domine servum tuum in pace. etc. Et prophetans de pas
sione eius ait ad mariam. Et tuam ipsius pertransibit gla
dius. id est passio ipsius xpisti. Non enim absque maximo do
lore potuit videre filium crucifigi et sic sparetur res
recturum ut ita. Animam ipsius que erat magis quam
scilicet qui tuam diligit pertransibit gladius. Eadem hora su
pervenit anna prophetissa et loquebatur de illo omnibus
qui expectabant redemptionem israel.
[T]unc herodes videns quod
illusus esset a magis Videns
enim herodes magos sibi nichil renunciasse puta
vit eos visione stelle deceptos. et ideo erubuisse
redire ad eum. et ideo ab inquisitione pueri cessavit.
Sed cum audisset que dicta fuerant a pastoribus et
maxime prophetias symeonis et anne sensit se illu
sum et de morte puerorum bethleemitarum tracta
bat ut ille quem ignorabat cum eis occideretur.

animam

P[illegible] commonitionem angeli fugit in egyptum
[illegible] et matre eius usque ad obitum herodis
[illegible] in egyptum corruerunt ydola
[illegible] dicit Ascendet dominus super nubem
[illegible] et ingredietur egyptum et movebuntur simulachra
[illegible] egypti [illegible] sicut in exitu filiorum israel
[illegible] egypti in qua deus primogenitum
[illegible] ita nec in templo
[illegible] corruisset ydolum.

Herodes [illegible] prior
[illegible]
[illegible] et accusationem filiorum
[illegible] quod alexandrum filium
[illegible] et parari venenum
[illegible] Qui cum iter faceret per ciliciam
[illegible] naves tharsensium magos transvexisse in spiritu
vehementi combussit naves tharsis. secundum quod david prophetaverat in psalmo .xl.vii. In spiritu vehementi conteres naves
tharsis. Cum vero disceptasset coram cesare pater cum filiis
hac lege facta est reconciliatio ut adholescentes patri in
omnibus obedirent ipse autem regnum dimitteret cui vellet.
Nondum tamen suspicationibus liberatus erat. Veniens
ierosolimam populo convocato tribus filiis astantibus
et concordiam fratrum a se factam exposuit et se successoris iudicem constituturum. ne inde regnum ad suos
rediturum existimarent. Tunc confirmatus herodes in regno certius quam prius mittens occidit omnes
pueros qui erant in bethleem et in omnibus finibus eius
a bymatu et infra secundum tempus quod exquisierat a magis.
Quorum maxima pars tercio miliario a bethleem
ad austrum sepulta est. Plurium sententia et usitatior hec. Ortam dicitur stellam herodes eadem
die qua natus est dominus et secundum ortum stelle ipsum annunciatum esse sciebat et infra aliquot dierum. ideo
super etatem eius usque ad bymos et infra usque ad minimum
unius noctis infantem deseuit in pueros timens
per morphoseon. id est transmutationem ne scilicet
puer cui sidera famulabantur super etatem suam.
et infra transformaret faciem suam. Crisostomus
dicit stellam apparuisse per annum ante domini nativitatem.
Credebat herodes tunc et dominum fuisse natum et
putabat dominum bymum esse cum adiectione paucorum dierum et ideo occidit pueros bimos et deinceps usque ad .v. annos sed non minores bymis. Et
exposuit bymatum et infra secundum rationem numeri.
Sicut enim ratione temporis minores bymis inferiores sunt eis qui post nati sunt ita ratione numeri
maiores bymis inferiores sunt eis quibus post eos
numerantur. Cui assertioni videtur facere fidem
quod quedam ossa innocentium habentur adeo grandia
que bymorum esse non possent. Potest adhuc dici
quod longe maiores tunc erant homines quam nunc
modo [illegible]

Tunc impletum est illud ieremie. Vox in rama audita est ploratus et ululatus rachel plorans filios
suos. Rama locus est iuxta gabaa duodecimo miliario distans ab urbe bethleem ubi fere deleta tribu beniamin propter uxorem levite pauci superstites planxerunt
mortuos suos. Hec autem videtur ieronimus potius in
diuerse commando quam prophetando. Minabatur enim
tantam iminere ruinam duabus tribubus quanta
fuerat facta in filiis rachel cum plangentium vox audita est in rama. Tunc etiam prophetavit de nece parvulorum ut matheus ait. Et tunc rama non est nomen loci
sed quia rama excelsum sonat idem est ac si diceret
Vox in excelso audita est. Videtur quoque debuisse dici lya plorans filios suos cum bethleemite de tribu iuda fuerint. Sed quia tribus beniamin contermina est
iudee insinuavit evangelista multos de beniamin
fuisse occisos pro vicinia ad exaggerandum scelus herodis. Vel quia rachel iuxta bethleem sepulta est.
prophetico locutionis modo dicitur ea egisse que in loco eodem gerebantur. Uno miliario
a bethleem in tumulo est
iacob posuit duodecim
lapides per gentes in signum filiorum suorum.
Et noluit consolari quia
non sunt. id est inconsolabiliter
dolebit de eo quod non sunt. id
est de eo quod mortem esse
desiderabant. Innocentes
quidem martires largo vocabulo dicuntur non quia
testes christi sed quia pro christo occisi sunt quamvis non loquendo moriendo confessi sunt. Pro quo etiam ecclesia pro
eis sollempnizat quamvis ad inferos descenderint. Unde
et in eorum sollempnitate cantica leticie subticentur. scilicet Te deum laudamus. et gloria in excelsis deo. Et
pro alleluia quidam dicunt. laus tibi deus alii vero cantamus eya.

Factum est autem ut cum herodes multos orbaverat
filiis etiam ipse miserabilius suis orbaretur.
Nam per astuciam antipatri quem susceperat ex doside veterum fratrum sunt suspecti alexander et aristobolus patri.
Ob hoc scripsit herodes augusto in multis accusans
filios. Misit autem augustus saturninum et pedanium legatos cum rescripto ut coram hiis duobus coacto
consilio procerum filios iudicaret et de eis si
invenire eos posset facere quod vellet. Auditis autem
hinc inde partibus legati illos dampnandos pronunciaverunt non tamen morte. Tunc apud sebastem coniecit eos pater in vincula. Complices vero eorum apposuit
torquere pater ut confessione eorum certioraretur
si in animam suam machinarentur aliquid filii. Confessus est autem quidam [illegible] ab alexandro ut [illegible] Confessus est etiam